protendisti? defuit, esertum et galeato Mercurii
gladium vibrans adstitisti? at eo privatus fuisti,
Herculis sagittas hydræ sanguine intinctas fulminantesq;
in eos torsisti? at pharetratus minimè incedebas: quid
ergo? unde auxilium ut exilium et mortis periculũ
evitares implorasti? ab amicis tuis? destitutus
fuisti tunc omnium contubernio et nemo obambu=
lantem comitatus est nisi solus canis, a cane
igitur? an cane Auditores, hic mihi asylum
aperiebat, hic me ex sævientib9 militum et
inimicorum manib9 eripere est conatus, hic
loco domini sui vulnerandum se tradidit, ut
Mæcenatem suum tueretur et victus victor,
ut strenuus quondam Epaminondas Thebanorum
dux, obiret. robur vero hoc novi heröis, quasi
per transennam oculo fugiente satis sit, ad celebrã
eius erga dominum suũ amorem et fidelitatem
curramus.

Antiquos habitâ fidei ratione animum fidelem
depicturos plerumq; canem posuisse manifestũ est,
et bene quidem, quæritis Auditores theseo aut